

Si Illustrissimi generosissimiq; Principes Vosq; Huius
S. Romani Imperij Ordines nichil amplissimiq; qui
nobis cum sacra Cesarea Maje, ad pacem per Belgium
comparandam, constituendamq; communis consensu
animi affectus est, omnibus simul per Christianam orbem
hominibus esset iudicis, nec esset, qui equis et pacis
necutri parti fraudi futuris conditionibus obsisterent,
paucissimis in eam sententiam dicenda posset absolui:
Nunc uero qui sunt, qui ad pacis conditiones, nos
non admittendos tantum, sed bello crudeliter persequen-
dos sanctius exandendos, et crudentissima clade proors
delendos arbitrentur. Vix possunt, quae ad eorum
immanem truculentamq; crudelitatem, si qua in
consilium potius, quam rationem adhibent: repellendam
et ad nos tram, contra aequabilitatem, animiq; submissam
moderationem asserendam dicenda sunt brevibus explicari
Cum prope, quod utriusq; uix unus homo sus tineat, quae
propter Illustris Vras Celsae ac nichil amplitudines
quam possunt submississime, demississimeq; oro ut
tanta attentione et benignitate dicentem me audire,
non ueritas orantem excusare dignemini, quanta
cura et propensa animi sollicitudine S. Ces. Mestas res

per inferiorem Germaniam miserè ob fines tissimè
bellum afflictas respexit: cum primùm quidem, ut
tanti incendij faces restinguere, non in finem au-
toritatis inrùm Serenissimi Regis Vngarie, Si pre-
mum cubicularium in Hispaniam, ad Regem Cle-
mentissimùm Dominum nos trum pacis procuranda
causa abire, et cum Regio Legato Montacutio
sæpe multumq; disserens, nihil intentatum reliquerit,
quò pacis et Concordia ratio iniri et confirmari possit.
Tum deinde illustrem et generosum Comitem, Günthe-
rum ex ordine quatuor Comitum S. Imperij Romanij
Comitem in Swartzbergk Sacre Matris Consiliarium
contra violentiam nunquàm firmam, et animi tem-
peratam per se in firmam eius anni huius, in extre-
mas prope Bataviae Oceanus oras amandarit, qui pro
summa quæ est animi moderatione, et singulari in
Reipublicæ Christianissimæ studio, quæ ad pacem mem-
dam faceret rationes omnes congrueret, simul et
controversijs utriusq; sopitis, Hispaniarum Regis Cle-
mentissimi domini nos trum animum ad benignitatem man-
suetudinem flecteret, et populum Batavicum pacis ac
tranquillitatis studiosissimum, in ea quæ iuxta Legationem

instrum

Altatem et fidei perpetua Consuetudine obstinantia
confirmaret. Cuius munere ita comes, pro sua industria
et animi summa moderatione functus est, ut spes esset,
et quidem certissima totius negotij conficiendi, summo
cuius belegg, adeoque totius christiani orbis bono, nisi qui
ex nostra calamitate nostrarum ruina, tanquam e X
incendio publico suas fortunas auctas noluit aduersa-
riorum obstidisset iniquitas.

Quapropter Sacrae Catholice, multas et infinitas gratias
debet Christianus orbis universus, cuius quippe omni
robore pace firmatum in concussum persistit, At vero
Germania, et Imperij huius Ordines, quo vicini incendij
propinquis a se flammam abesse sentiunt, eo se arcu hinc
quodam beneficentiae vinculo obstrictos, multo magis
plius suae pietati debere profitentur, sed maxime
certe nostra misera^{et} iam cladem terribilissima hoc ac-
tutum bello prope attrita patria, hoc tanto accepto
beneficio, ac tanta et tam sui pietati se sua
Catholice deinde tam ac mancipatam confiteatur, necesse est
ut ipsum unice verum suarum statum hoc miserimo Ca-
sareni videns, non patrem solum, sed parentem che-
mentissimum agnoscat, in cuius sinum aegritudinis

Suæ quærelas deponere minime reformidet, Cum enim hinc lentissimo hoc tes timonio nos tram Sibi salutem curæ esse palam fuerit Caesar, et ultio pro incredibili suæ pietatis clementia, quæ præstaret è re nostra fore, tum sedulo nobis procurare studuerit preclarum certe ad quindius de sua Morte sperandum toti Belgio signum suis fuit.

Sed cum ad tantum ac tam gloriarum beneficium accessit ille quasi cunctis, quod cum Virum sua Morte fuit, forte, apud nos presentem habuerimus, qui et acerrimo ingenio et iudicio Limato, et rerum usu summo plurimum valeret et Fidei æquitatis atq; incorrupte moderationis etiam laude præstaret rerum omnium res rerum certis oculatus ac consuetus tes tes et quasi quidam arbiter nobis existat, et nos tram æquitatem, modis tram atq; animi submissionem, cum adversariorum nos ferum feroci Contumacia, atq; animis nihil minus, quam ad pacem spectantibus comparando, ad veritatis sententiam poterit expendere et ponderare omnino distimulat. Ulis: Princeps Anvaria, Cæteris + Hollandie et Zelandie Ordines esse nos ad suam Mortem pro se obligandos, qui tram

actis

actis sine maiestati quam maximas possemus gratijs
perpetuam nos tram, et constantem no[m]i[n]atam, in
amplectenda pace et tranquillitate nobis Regie
Majestatis observantiae submittendis declaravimus, et simul
facere[m]us. perspicuum, haud nos tram illam ne lacrimis
impotentiam, vel studij gratiam continuaciam, pacis
consilia disturbasse, sed quorum effrenis cupiditas
hinc incendij facies primum submovit, eorundem audacia
etiam atq[ue] arrogantiam, intollerabilem sanctissimis sine
Majestatis de pace componenda studijs, unam omnem atq[ue]
aditum praeclusisse. Neq[ue] enim vel nobis S. Romani
Imperij Principib[us] illis: vel illis totius orbis christianij
hominib[us] potest esse obscurum, quantas, quanta[m]vis
ac necessarias fuisse si sine hinc bello praebent occa-
siones, Hispanorum nulli ingenuo ferenda insolentia,
Quippe quod nulla sit res, quam vel turpitudine in fla-
gitijs, vel crudelitas in supplicijs, vel superbia in con-
tumacijs possit efficere, quam non se Hispani quoda[m]
quasi hinc iure ac prescriptioe inspicere putent, quib[us]
cuiq[ue] n[on] sentitur locus posse admittere, et nullo sane
illis n[on] loco pedem figere liceat, quod non omne
genus probi, flagitij atq[ue] scelus vestigia impresserint

Crimis rei immo memor Germani ne! ipsam Hispaniam
in nominis mentionem toto pectore avertantur,
Nam q̄ ad illam pessimam et cupiditatem
cupiditatum suarum iugo subigendam, eorum fuerint
olim studia, quae artes, qui conatus, quo modo denique
in ea se gesserint nemo est Germanus qui non vel
ipse memoria complectatur, vel à moribus quasi
per manus traditum fando acceperit, In Belgio
vero ubi se proprio necessitudinis iure regum obti-
nere arbitrentur, et olim cum essent in Gheljijs, et
diudum ex quo ab Albano Principe Religionis Beatus
Audente Gheethi specioso detracti redierunt, quanta
immanitate, crudelitate, petulantia, et feritate grassati
sint quibusque probis flagitijs facinoribus atque sceleribus
omnia contaminarint. Quae potest orbis christiani
ulla esse tam obscura atque abdita regio, ad quam
huius rei fama non pervenerit, Hollandos quidem
et Zelandos, quos pro perduellibus illi habent, ferro
flammaque quoad ab eis fieri potuit passim devastari
non usque adeo verum crediderunt, At namque florentissi-
mas illas Brabantiae, Flandriae, Arthesiae, Geldriae,
Frisiae caeteraque omnes universae Belgii provincias, quae

+ + Hammonia

illos

illos hospitij acceptos omnis benevolentiae et Charitatis
officij cumulaverunt, atq; obq; subsidijs adiutos ex summa
rerum egestate, ad omnium affluentiam evaserunt,
ita facti directus, natus, vigilans, atq; obq; prope
ornamentis opib; et Commercijs exaltatus, quis non iudi-
caverit, et quomodo vel atrocissimo bello iudicandum esse
statuat. Quis vero etiam vel auctor vel Consilio
Rege clementissimo tuo nostro factum arbitretur,
Haec ego si singularem recensere, dies dicentem me
atq; quam oratio defecerit. Sed non est necesse
quod non dubitemus Vestris Illust. Celsitudib; ac
nichil amplitudinib; gloria q; satis esse nota, quib;
non dubitemus, etiamnum haere in memoria, quae,
anno 1570. si recte meminij. in Comitib; Spiren-
sib; nomine Belgarum ob Albani Tyrannidem pro-
fugorum libello supplicij sunt exhibita, quib; certe
singularis crudelitas, maudita perfidia, audacia,
non ferenda superbia, incredibilis libidinis flagran-
tissime, avaritia deniq; inexplebilis, exempla tam
miserabilia et clara proponuntur, ut ad eorum
commemorationem nemo non exhorrescat iudicetq;

non potuisse Amara Principem vel illius provin-
cie Ordines tam facili, atq; intellerabile ingenio
suo in-famia perferre diutius, et tamen ea lenia
existimari possent, si cum ijs q; in sequenti tempore
non dicam, in Hollandos Zelaudosq; quos pro hosti-
bus illi habent, sed in socios suos atq; amicos, eosq;
q; quorum ope consilijs atq; subsidijs bellum sus-ten-
tabant, admiserunt, conferantur, ex quibus nemo e-
st qui non facile, qui sit eorum animus, et quo inten-
dunt, possit perspicere. Amstelredama certe si ulla
nisiq; alia civitas summam illis fidem, opem,
operam atq; auxilium in reliqua Hollandia op-
pugnanda prestavit. Eam tamen illi pro gratia
nimirum referenda viginti pecunia mille taxavit.
Antwerpia, q; merito habita fuit pro Celeberrimo
totius Orbis Emporio, au non res obq; humanitatis
efficijs exceptos, se armis, armorum, ac rerum om-
nium ad bellum gerendum necessarium subsidijs
auxil et ornavit, hanc tamen ipsam Viri boni
ac Regis clementiss: domini nostri fidelis mi-
nistri, hostilib; armis captam, ac ita ijs modis
insolentissime vexatam, oppressamq; inspectante
ac nequicq; prohibente suo commendatore, maiore

triginta

Triginta sex mensium Stipendium Soluere coegerunt
Nam quid ego de ultraieo dicam, quam illi urbem
cum dudum ante Coniurationem inter se factam, di-
cipere, ac ferro flammamq; vastare, frustra tenta-
uissent, nuper iterum infectis signis aggressi, admo-
tis scabis hostiliter oppugnaverunt, et procul dubio
expugnatum diripiissent, nisi civium atq; eorum Belga-
rum, qui in arcis Ghidio reliqui erant, virtute, tam
nefario scelere obviatum itum esset. Quod iam esset
necesso commemorare, in ceteris passim Urbibus, cives
ad unius Hispaniensis Sicarij nocem nefarie con-
trucidatos. Quod matronas, quod Virgines consta-
bratas, quod domos expilatas, quod incensos viros, atq;
omne genus, Vix toties et tam scelerata violentatione, quorum
certe non pauca ipse Illustris ac generosus Schwarzbürgij
Comes suis ipse oculis coram intuitus testari poterit. Quam-
obrem qui salam explicitis signis ad Hungari ac Litvora
Stripitus Regiae Matris praeclassimas ac florentissimas
urbes; quarum etiam quidem arces ipsimet Ghidio tenebant,
in quibus arma pecuniam, subsidia suppeditata immanebant,
non dubitarunt, oppugnare, et a aperta luce sub oculis sui
commendatoris violenter irradere, vicinim cedens

Interdixi violare suos omnes gubernatores, suos militum
tribunos, ac suum ipsium Legatum Regium Castilie
commendatorem edicto promulgato iubeo eicere, et
quid tandem ab eis vel modestie vel moderationis speram,
cum restat nobis, quos illi pro atrocissimis hostibus pro
perduellis, pro divina ac humane Mestatis praeteris
reis, pro pessimis haereticis, ac Lutheranicis habent,
semper habuerunt, et qui cum suis Hispanis, quorum
in Imperio sunt, quibusque se sacramento militiae
obstrinxerunt, nullam societatem, nullamque fidem
colunt, ut ne nobis quippiam a sua crudelitate, scelere
atque flagitijs minime esse patientur. Ac ne quibus
existimet, quod militari tumultus per seditionem
factum est, id non debere eo referri, quasi ab ipsis
Quibus fuerit probatum, omnes iam vident hos ipsos
qui huius iam federati facinoris Duces ac principes
extiterunt, et quo eorum quibusque crudelissimis acer-
bissimisque gratati sunt, eo pro melioribus fidelioribusque
Regie Manti nimis suis palam haberi, eorumque opera
ac manum, ad reliquias Regias Urbes oppugnandas,
diripiendas, vastandasque commendatorem maiore in
singulos dies usque ad extremum Vitae suae spiritum

in sum qd.

usum esse, et ab ipsis morte, qui rerum gubernaculis
sunt admoti, in hanc usque temporum latem, uti et adhuc
vident illi nos perditionibus et Maiestatis Laesa con-
iunctis criminari, et cum contra regem ipsi perniciose
seditionis plena arma sumperint, ut sit abignot mensim
stipendiorum extorquerent, non uerentur nobis, quae
ad conseruandam Regiam Prouinciam, ad conscientiae
religionem tutandam, ad conuincum et liberos a flagitio,
fortuna a rapina, Ceruices a Securis ac patibulis ini-
dicandis, et ne minimum seruiliter tenendos necandosque eorum
nos superbia alij preferemus, contra exteros falsosque Regij
nominis Ministros arma sumplimus necessaria obij-
cere, eoque nomine, de grauissimis perditionibus ac laesa
Maiestatis criminibus nos apud Caes. Maiest. reterosque
Imperij principes impudenter deferre.

Sed in hac grauissima calumnia inuidia recreat nos, et
reficit, cetera Caes. Maiest. ac prope diuina sapientia
cum humanitate ac moderatione conuincit singulari,
quod nunquam patietur nos in iustis istis tantae improbi-
tatis aduersariorum iudicijs opprimi, atque utinam certe
haec causa apud S. Caes. Maiestatem assistentibus nobis
Illust. Principibus et Electoribus non modo cognosci, atque
agri, sed penitus peragi ac definiri possit: Beatos

profecto nos tam sancto atq; incorrupto iudice
arbitrarenur, neq; dubitemus in Cæs: Magnitudine
atq; clementia conquirere, suoq; nos subyere
arbitratij, cuius prudentiam singularem, in sibi
subiectis populis regendis, ac moderationem quan-
dam incredibilem in obg de religione controversijs
sopendis mirifice videmus elucere. At vero tantu
abes & S. Cæs: potestis, Vestrarum Illust: Celsi-
tudinum vel arbitratui vel iudicio, vel deniq;
exemplo controversiam hanc nostri ut adversarij
subiecto esse fatiantur, ut etiam sanctum illud
sua Altis studium in pacis rationib; investigandis
proponendisq; propo indignis modis exceptum tantu
non illuserunt: Quam parvi n. Illustrem ac ge-
nerosum Comitem à Schwarzburg Maiestatis
sue Commissarium in tanta erga Reipub: christia-
nam merito fecerint vel ex eo facile liquet, quod
ipsius presentiam ferè auersati, in ipso de pace tracta-
tu datam fidem publicam ne minime quidem tempo-
ris puncto sese prerogativas esse denunciarent, coe-
terisq; quos sibi ad suam restorem adiungi postu-
lunt, ab Anraice principe, atq; Hollandia Zelau-
dieq; Ordinib; Legatis fide publica cauere reuisa-
runt

Char. g.

praeter quod multis alijs medijs factitium quoddam
eius in Belgium aduentus non obscure pro se tulerunt,
in quo certe non tam illum sibi à natura ingenitum
factum prodiderunt, quam nihil se magis ac pacis
compositionem fugere atq; auersari testatum omnib;
facere uoluerunt. Quod et apud omnes passim Hispanos,
nos, et etiam munusculo Comite Ghente, et omni post eius
discessum tempore, uarijs sermonib; protitutum ac
per uulgatum fuit: factabant u. sperare nos quidem
pacem, et coeteros etiam Belgas, qui ab eorum aliqui
partib; starent expectare, sed habere se constittas
rationes, quib; hanc nos trahi uiam, ac solidam ex,
hæretationem eluderent, nec enim sibi statutum esse,
belgio nisi et fortunis nostris et sanguine probe
saturatis excedere, quamq; uel ipsa ois de pacificatione
actio, per se satis declarat nihil illis fuisse aliud pro-
positum, nisi ut lactatos reliquarum prouinciarum falsa
spe pacis animos inuicta de religionis discrimine men-
tione, quasi homo quoddam discordie à nostris alienarent,
atq; interea spatium sibi ad uires reparandas, filiumq;
amplificandum, atq; ad res suas constituendas sumerent,
quod posteaq; interiectis subinde nouis cauillis ac uarijs

quotidie tergiversationibz, non prorsus incommodè sibi ces-
sisse arbitrati sunt de repente propositis iniquissimis
atq; inauditis conditionibz, de reddendis portibz, ac pro-
pugnaculis Zelandiæ ac Hollandiæ præcipuis omnem
reliquam de pace tractationem direverunt. Nam initio
quidem actionis ut nos ad spem pacis adducerent, non
obscurè præ se tulerunt, graves ac prope iustas huius
belli cupessendi causas à Ducis Albani superbia et
crudelitate fuisse oblatas, omnes etiam res gestas, non ser-
monetantum et multò sed scripto etiam et iteratà sapius
abseneratione, sibi displicere significarunt, ac proinde
novos iudiciorum Ordines ab Albano constitutos, in-
quas publicationes additionesq; possessionum, ac proscriptiones,
nos, aliq; eius generis acta rescindi ex Regiùb: usù
esse declararent, Regis voluntatem ac clementiam, ad
misericordiam, atq; ad oia in meliorem statum restituenda
reintegrandaq; penitus propendere. Quare quod æquum
et iustum videretur, id libere postularemus, dularum
tantummodò rerum ratio haberetur, quas Rex integras,
ac fartas, factas, vellet conservari. Religionem aimirum
Pontificam et sui nominis dignitatem, nos ne quid admittere-
mus, in quo vel modestie vel æquitatis aliquid posset de-

Siderari

in omnibus rebus, nominis Regij dignitatem nos uolle
tueri: ac uerum etiam, quantum possemus ampli-
ficare affirmati testati, Ad alterum de religione
capit. Respondimus, Et in eo quidem ipso nos Regia
Majestatis auctoritati, atque ipsi in Confessu generalium
ordinum legitime commendatorum in usum Reipub:
deuererentur uelle acquiescere, quod quidem etiam
supplicii libello commendatori per dominum de Campagna
exhibito testatum fecimus. Hic iam illi, quas technas
Arxerint, quibusque uicillis nostram petitionem eluse-
rint, benigne quiesce atque attentè Illustrissimi Prin-
cipis, et amplissimi ordinis audite.

Primum uultu eiusmodi nostram petitionem esse, qua
uolumus Regi, sed ne Commendatori quidem aut cui,
cuius ex Regis Legatis ac proceribus sine periculo
aut posset aut auferent exhibere, itaque supplicem
lecticellum ad nos remittunt, nec a quocumque esse usum
absenerant. Etenim longe aliam esse nobis rationem
merendam si regis aures nostris precibus, et quomodo
patere cupiamus. Quod si recissemus, nihil post
esse amplius nobis tentandum sperandumue demerit

Post tamen cum Sac: Cæs: Maiestatem, hanc pacis
tractationem serio ac studiosè iurgere intelligerent,
itemq; cognoscerent, ceteros totius Belgij incolas, ar-
dentib; atq; importunis votis hoc ipsum flagitare, et
iam imperata subsidia atq; imposta tributa, nisi com-
ponendæ pacis rationes inirentur aperte recusare, pû-
tarunt sibi astuto stratagemate et Maiestis suæ digni-
tatem inminuendam, et totius populi, atq; adeo uniuersi
orbis Christiani spem ac vota esse elidenda, ac pro-
uide' antea, quam à sua Maiestate Legatus eò posset
peruenire, iam ipsi non modo de pace priores mentionem
iniecissent. Sed supplicem libellum, quem paulo ante
prorsus respuerant, et ne uidisse quidem, datis literis
palam denunciant, continuo mutata ratione ad
Regem in Hispaniam, à se missum fuisse asseuerarunt
et quod ab eo accepissent responsi id se nobiscum uelle
communicare, datis per Legatum Doctorem Rorum libe-
ris iudicant, ob eamq; causam à uobis ad diem dictam
procuratores pacis loco consueti adesse iusserunt, Hoc
astu putarunt se Cæs: Mæti, et gratiam ac laudem

gratia pacis

quiescit pacis eripere, et auctoritatem in ea consti-
tuenda fesso eleuare. Nihil n. nos aliud spei fuisse
nisi ut nos fraudulenta pacis simulatione suam
rem auerent, Caesarisq. Maestem et simul nos Troon
erga Regem fidei integritatem, atq. obseruantiam
cluderent, et singula prope actionis capita, et ipse
rei exitus luculenter comprobauit. Nam interdu
quidem causabantur, haud debere pro exteris
Censeri Hispanos, quippe qui Regis Imperio
non aliter ac nostri parent, interdum rei conficiende
difficultatem proponebant, uariasq. tergiversandi
rationes alias ex alijs uelabant, Tandem uere
postquam diu multumq. tempus huiusmodi exhausi-
sent, et interea temporis reliquas Belgij prouincias
nouo et ante hac inaudito iuris iurandi Sacra-
mento regis nominij hoc est huius fidei, et clien-
telae, seu potius libidinis obstrinxissent, continuo
statim Comitiorum pacificatione Regiae Altis
nominis ac dignitati, nescio quomodo infauste notum
esse a nobis iniustam. De Religione Verò

omnino uelle se, quid haberemus in animo plane in-
telligere, ac proinde aperte loqueremur, an se fimbri-
patrie externa uari passuri sint, quicunque aliam a
Rege religionem profiterentur, nec ne, idque ut rite
canceretur dari sibi ante oia Vlissingnam, Arnhem,
deninum, Brilam et Iuchsam, Seruitutis scilicet nostrae
auctoramenta possident. Quo quid potest iniquum?
quid perfidiosius? quid ad constituendam tyranni-
dem, et sub turpissimum Seruitutis iugum uniuersam
Belgij prouinciam redigendam sibi accommodatus?
Haec enim ratione, et pacis omnem spem, et libertatis
publicae fundamentum euertebant, Sane Comitiorum
atque Ordinum Comitibus Principum dignitatem sta-
biliri, salutem Reipublicae constitui bonas, leges atque in-
stituta confirmari, nemo est qui ambigat. In
Belgio uero etiam uniuersam principum dignitatem
Imperium ac Aetatem in Comitiorum publicorum aucto-
ritate, quasi in arce inuictissima, ab eorum retro seculis
conseruasse, ipsorumque ut eorum obseruantiam
erga Principes, fidem, efficaciam, ita horum erga illos

Amsterdam

benivolentiam, gratiam, et charitatem constituisse, qui
cumq̄ nēl' fando de rebus Belgicis tantillum audiverūt
satis sciunt, Itaq̄ nihil potuit à nobis fieri modestius
nihil nēl' ad Regis dignitatem tuendam, nēl' ad consēti-
tuendam concordiam, aptius, quam ut nos Comitiorum
Decretis regia auctoritate comprobatis subjiceremus,
in quō nullum extat audacia, nullam insolentia,
nullum contumelia vestigium. Quod nēre etiam
religionem nostram, quam à ceteris ordinibus, non à
Sacramenti formula nūper obviatam non ignora-
bamus, eorum ipsorum arbitrio, qui sese nobis palam
adversari, atq̄ hostes esse profitentur, subixerimus,
an non glansime evincit, nulla neq̄ nī, neq̄ gratia,
sed sola conscientie integritate ac rectitudine causam
nostram viti. Neq̄ quicq̄ in nobis modestia, aut
equitatis iure posse desiterari: Quare nī illi tam equam
nostram ac modestam postulationem, tam proterve
atq̄ insolenter rejecerūt, atq̄ hanc tam salutarem or-
dinum cogendorum consuetudinem contra Regis

dignitatem esse contendunt: Voluntq; Regem contra
omnes Leges, ius tituta, ac Christi sacramenti religionem,
pro suo arbitrio adimittis, scilicet quos libuerit consilia,
rjs, quicquid ad libitum fuerit, de religione statuere, utiq;
se produnt ad inhumanam, et plus quam barbaricam Tyrann
nidem animum adieisse, et simul nos ad crudelem in
feritum ac perniciem posse, palam indicant. Nam si
in hac de religione controversia, neq; verbi Dei neq;
Apostolicorum oraculorum, nullam rationem haberi nohnt,
si patrum testimonia, conciliorum auctoritatem ve
spiciunt, si deniq; nulla disputatione, aut argumentis,
sed solo iure ac supplicio Theologorum suorum, rem
tantam doceri obfirmate statuerunt. Est vero quicquam
iniquum tandem est tot hominum myriades, atq; inte
gras fere provincias non audita totius ordinum uni
uersitatis sententia hoc iudicio damnari? Quam
Tyrannicam, atq; crudelē, tot, tantis, et tam solanis
civib; urbes mtdari, municipia incolis, agros cultorib;
domos habitatorib; spoliari, auitis ac paternis possessio

nibus ueros ac legitimos Dominos eijci, sine ullis
populi Comitibus, . . . ullaque legitima causa cognitione
Quod, quando non modo cum omni equitate, et iustitia
acgentium iure pugnat, sed regis sacramento, quo
se suis ciuibg ac populis obstrinxit, ex diametro ad,
uersatur, quis tandem sane mentis dubitauerit, hoc
minim is los spectare, ut hoc bello, quod sibi suisq;
cupiditatibg exsaturandis peropportuimum esse sentiant,
in multos annos prorogato, florentissimae provinciae
succum ac sanguinem omnem exhauriant, et ita uel
indata atq; afflictae spolijs omnes in Hispaniam redeant
uel uere uniuersam fœdæ seruitutis iugo pressam sibi
subijciant? Quamq; quid est necesse coniecturis
niti? Hos ipsos qui hoc bellum a multis retri annis
uicissimè expeluerunt, qui ues ad illud inchoandum
occasiones studiosissime occupati sunt, qui apud regem
provinciam omnem Belgico Germaniam in mundam et
ordinem iam pridem uocare, nunq; deserunt, qui et olim
Imperatorii Carolo Quinto Augustissime recordationis

cum res per se
loquatur.

Casa. Matris patris, et nunc eius filio philippo
regi nostro clementissimo, suaves et auctores
semper extiterunt, ut. Belgicum populum, His-
panis Legibus ac ritibus subiret, Hispano amite
oneraret, Hispania inquisitione ab haeresos peri-
culo vindicaret. Et si qui deo minus parerent,
in eos tanquam in perduelles, ac Matris roos, ex Hispa-
narum Legum severitate, animadverteret. Hos
inquam ipsos pacis quidem nomen simulando pro se
tulisse, pacem vero ipsam, qua illis ad pristinam
aegritudinem, et ad casas et linguola Hispanica
fuisse redendum, quomodo toxico magis abhoruisse,
eo n. spectat, quod tanto studio, tantaque dimica-
tione iam dudum sacrificis summum Imperium
stabilire conati sunt. Quod Leges et privilegia
municipalia paulatim, et primum quidem per cum-
culos mox in aperta evolarunt, et penitus tandem
labefacta everterunt. Quod novam administra-
tionis formam instituit per Provincias, novis

Episcopis, quorum Imperio ceteri omnes magistratus
sive obtento procuranda religionis, atque extirpante hæ-
reses, nec sive parerent intro duxerunt, Quod ea edicta
ab optimis et clementissimis Principibus extorserunt, quæ
si essent ad amissionem observata sive quod et ipsum tan-
dem à rege per suam importunitatem abstulerunt sive
nemio homo exhistisset, qui vel fortunas à rapacitate,
atque avaritia, vel coniuges ac virgines puellas, à probro
ac libidine, vel iugulos a cruoris sicutissima crudeli-
tate horum hominum potuisset vindicare.

Quare si nullum Illustrissimum Principes et Ordines
amplissimi post homines natos iustum ac necessa-
rium bellum susceptum nunquam fuit, hoc certe vel
in primis eo genere, quod ad nos attinet reponi merito
debet. Etenim habentur ea fere in omnia bella, quæ
non voluntate aut libidine, ac vero animi impetu
sed necessitate cogente incipiunt. Nam si quæ
sponte atque invito dimicationes suscipiuntur, esse non
temerariæ modo atque insolentes, sed cum iniustitia

et improbitate hominum exislimantur. Ne-
cessitatis autem varia cum sint genera, interdum
repetundarum rerum, interdum finium tuendarum
nominumque sui defendendi, nominumque iniuria vel a se
vel a necessarijs propulsanda causa suscepta belli
contentio iusta atque necessaria existimatur. Quorum
enim nobis natura sine legitima vocatio, seu potius
intrinsecus illius author ac parens Deus tutelam pro
pugnationemque, vel cum vite periculo commendavit,
in ijs certe a iniuria vindicandis, vitam pro-
fundere nemo sanus nunquam dubitavit. Eorum autem
in numero censei liberos, coniuges, necessarios pa-
rentes, et quae horum omnium charitatem simul in
complectitur, patriam, maxime vero nominis
atque existimationis dignitatem, religionis incorrupta
sanctitatem, ac salutis aeternae procuracionem. ob
saeculis fuit extra controversiam, quod si per singula
satis magna ad iustam belli suscipiendi causam

dūcuntur, quid tandem statuendum erit, ubi confertim
cateruatim, promissū, ac palam concurrunt uniuersa
Hoc enim bello non de rebus repetendis, tantum, aut fa-
milie heresenda, aut agri finibus petendis agitur,
sed de omnibus fortunis, uita, salute, dignitate, con-
iugibus, liberis, de liberis ac institutis patris, de pri-
uilegijs, immunitatibus, ac libertate ciuium, de religione,
honore ac dei gloria semel simulque agitur, neque an-
post hac bene beatique uniuersis. Sed an omnino esse
ac uinere debeamus controuertitur. Nobis enim
nisi huius necessarij auceps fortuna intercessisset,
quid poterat uel in presentis uita uisura, uel in spe
fortune esse reliquum, quod horum hostium su-
perbia atque crudelitate non uiolaretur, ac per vim
penitus eriperetur. Quibus neque unius patriam, liberos,
coniuges, fortunas, possessiones, dignitates, religionem
aut dei cultum, neque uertus sepulchri honorem,
uel apud posteros nominis existimationem, uel denique
coram dei tribunali conscientiam integram esse patie-
bantur

Quibus neque aquam neque ignem neque aërem. Demum
ac terram esse communem ferebantur, sed et caelum
ipsam, ac vitam aeternam, quantum in ipsis erat,
eripiebant, in eorum summa crudelitate atque iniustitia
nullam personarum atque ordinum habebant ra-
tionem, ut privatos homines ac magistratus nullo
haberentur discrimine: principes etiam viros ac
populares eodem loco censerent, et vero etiam inte-
gras civitates, municipia, atque universas provincias,
tantis et tam atrocibus contumeliis, atque iniuriis obru-
tas, pessumdarent. Et tamen haec omnia nobis
esse prius omni levitate superanda quam armis in-
dicanda diximus. Egitur n. primum verbis ac sup-
plicationibus perquam submissis, mox ex postulationes
et preces nostras, interdum ad proceres ac Legatos
Regios, interdum in Hispaniam ad ipsum Regem
ablegavimus, Sacrae Caes. Aetatis simul et Vestrae
Illustissimi Principes fidem imploravimus, nostras
erga nostrum Regem deprecationes supplicii libello popos-
cimus

cinis. Postea vero quam haec oia nobis abire irrita
perspeximus, et pro benigna apud Regem audientia
libellos nostros supplices per dñe lionis Cimine notari,
legatos contra ius gentium, contraq; omnium homi-
num ac Deorum fidem, à medio crudeliter tolli, pro-
ceres ipsos, quib; nos tra causa ncl tantillimum sordi-
eset, ad capitis rari supplicia, patriam diripi,
domos expilari, possessiones subhastari, coniuges
ac liberos ad flagitium posci, nos in exilium rele-
gari, ac ne in exilio quidem ferri, cives nostros
in auditis exactionum modis exhauriri, crudelissimis
cruciatibus excarnificari, neq; ullam deniq; ncl
supplicij ncl crudelitatis genus erga nos nostrosq;
praetermitti iudicimus, quid tandem fuit reliquum
quam ut sumptis armis necessarijs, mortem potius
cum dignitatis et controversiae aliqua ratione opper-
teremus, quam ut vitam ita miseram tot modis cala-
mitose afflictissimam per summam infamiam, cum
eteruae salutis discrimine niveremus, curare haud

arripimus ista arma pro libertate atq; arbitrati
nostro. Sed à miserrimis nostris civibus, ab
oppressis viduis, et pupillis infinitis, à Coniugibus,
liberis, ceterisq; necessarijs nostris, ab ipsa tamq;
afflicta et iacente patria, atq; Ordinib; Provincie
legitimis legitime ac necessario obstructa, ad nostra
salutem, ad libertatem, ad religionem vindicandam,
tuncdamq; cogente Conscientia atq; omni officij atq;
humanitatis ratione impellente, summissis: Et
tamen hac ipsa arma ^{no} gratuita nel ante hac posuissim;
seruis, nel hoc etiam tempore ponere parati essemus,
si per adversariorum summam improbitatem, atq;
inexhaustum odium, quò nos extirpatos eversosq;
funditus cupiunt, quò ratione nel ante hac licisset
nel otiosum liceret: Ad vero iam nobis minime
cum sit integrum, ad sacre. Ces: Mts aequitatem
sanctitatemq; supplices confugimus, nostramq;
causam ex equo et bono in testare S. Atestas
dignetur, etiam atq; etiam, quam possimus vehementer
fissime

51
tissime obsecramus sine in Matris fidei Illustris-
simorum Principum, Electorum Ordinumq; Sanctis et
incorruptis iudicijs omnem hanc causam libenter subi-
mus, et quam possumus obnoxissime commendamus.
Quod si autem Sacratiss: nominis Cesarej dignitas ce-
terorumq; Germanie Principum Illustrissimorum
auctoritas, apud nostros adversarios ea pro nihilo ha-
beatir, ut nostro stare iudicio non modo recusent,
sed studium etiam nostrum et sanctum pacifica-
tionis transigenda voluntatem putidis cavillationib;
elidant Sacri: Ces: Matrem simul et vos Illustris-
sime Principes Ordinesq; amplissimi obsecramus, et coram
Deo opt: max: patre dno nostro Jesu Christi, cuius
nomine hoc acerbissimum in proborum odium nobis
acerrimius obtestamur, ut nobis sacro sancta
nostra fides atq; integritas apud oes totius orbis
Christiani Monarchas, Principes, ac populos nostre
reli: innocentia, aetatis modestiaq; testis esse

neq̄ recuset, nos iam iniquissimis aduersariorum
calumnijs oppressos, audacia obrutos, omniq̄ patrocinio
desertitos, ac iuris legitima defensione nudatos,
in Sacri imperij tutela pro solita uestra ac
singulari humanitate et clementia benigne susci-
pere, neq̄ superbas nos uelitis aspernari, quos Celsi-
tate nichilominus huius Sacri Imperij Romani; cuius
nos membra semper, ex hinc ^{auxilij} dignitate inte-
gra miseros, atq̄ ~~ad hanc~~ inopes nequaquam esse oportet.
Hoc beneficio, et gratum Deo opus vestrae
Celsitudinis constabit, et nos inuicem Belgij
provinciam, ac uero etiam omnem Germaniam, à
qua nullo illa iure auelli debet, Sacro Rom. Imp.
reddiderint obstrictissimam.